



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Antiquitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A**ddunt & Fatum, sive Parcas, per eandem vocalium designationem intelligi: non tam ob Planetas septem, qui Fatorum ministri sunt, uti latius in Stella disseruimus, quam ob id, quod imago Dei habetur Septenarius, dux idem & princeps universorum, immobilis, indomitus, omnium victor, gubernator omnium: de quo plura eo loco habentur, ubi de numerorum significationibus ordine suo disputatum est.

DE LIBRO. CAP. XXXV.

**A**literis ad librum transire ipsa rei natura compellit: literæ siquidem locutiones adstruunt, locutiones orationem, librum oratio.

ANTIQUITAS. CAP. XXXVI.

**B**Escripta folia, codicilli vel liber quomodocumque compaginatus obsignatusve antiquitatis hieroglyphicum esse perhibetur. In manuscriptis enim Hori codicibus *παιδιοντα δηλοῖ*, legitur, non *παιδιοντα*. Folia quidem codicillique propterea quod antiquorum mos fuit in foliis, & quarundam arborum corticibus scribere, unde & Codicis & Libri cognomena permanere. Et apud Maronem Aeneas orat, ne Sybilla foliis mandet nomina:

*Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.*

Iste vero obsignatus liber, ut superius, quod in eo vel veteres sapientum disciplina, vel res gestæ, Liber oblongæ posteritatis memoriæ commendentur, atque ita liber ut diceret Horat. *Longum scriptori pro-* *enatus.*  
*rogat avum.* Stesichori Poetæ statuam senilem, incurvam, cum libro, temporibus suis fuisse in Sicilia tradit Tullius in Verrinis. Et nos Romæ apud Raphaelem Urbinatem marmoream Philemonis statuam validæ senectutis vidimus, qui una manu volumen replicatum continebat, alteram ad mercedem operis passam porrigebat: de cuius avaritia in scriptis suis vanundandis alibi meminimus.

Sed quoniam de literis sermo fuit, quæ Musicam significant, Musica vero tam animi quam morum concordiam & concinnitatem ostendit, ut in Lyra demonstravimus, succurrit mihi quam memorabile sit commentum illud Athenodori Philosophi, qui Augustum Octavianum docuit Philosophiam. Nam cum videret hunc ad iracundiam facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, ex quo postea penitentia subsecutura esset, eum monuit, ut ubi irasci cepisset, quatuor & viginti illas Græcas literas memoria recenseret, ut illa concitatio, quæ momentanea est ac brevis (ut Horatius ait) furor, alio traducta parvi temporis interjectu languesceret: quod & alii Augustum imitati non sine fruge factitarunt. Salvete igitur literæ vere sacræ, vere cœleste donum beneficio summo mortalibus e-

*En. l. 6.*

*De arte poetica.*

*Athenodori commentum.*

*Epistola ad Max. Lulliu 2. In furor brevis est.*

Epistola ad Max. Lulliu 2. In furor brevis est.  
quanta mox in dictionibus, quanta in orationibus virtus, si pura ipsa, nuda, simplicia, & inania propemodum elementa tantum habent virium, ut soni, quem singulæ reddunt, commemoratione saltem, à perperam factis incœptisque abstinere compellant?

Gggg

JOAN-